

Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Æstiva - A Dominica SS. Trinitatis, ad Dominicam decimamquintam
post Pentecosten

Haineuve, Julien

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Feria 4. De Muliere peccatrice, quæ dilexit multum. Et de Charitate in
Deum. Quæ charitas dicitur, universa delicta operire, ea prius dicenda est
universim aperire.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44226

Dei servis, quod fidem sive spem suam nunquam mutant ab eo; Sive illis adhuc sive desunt humana praesidia, nam qui minus sperant quando defunctorum humana, quam quando adiungunt, isti spem suam mutant.

III PUNCTUM.

ERGO non certius in spem illurum quam contra Episcopum; Non certius & lecurius speratur in divinis, quam cum defunt humana in quibus simul speratur: quia non certius speratur in Dominino, quam dum in eo uno prius speratur: nunquam vero purius in eorum speratur quam cum alia defunt in quae spes dividatur & corrumperatur. Vide quod ego sum lousy, & non sit aliud Deus propter me. Ego occidam, & ego vivere facio; spercius & ego sanabo; & non est qui de manu mea possit eruere: Quasi dicat, possunt quidem in subsidium vocari creature prout a me sunt ordinatae in talen finem: sed hie semper spectanda est illa divina ordinatio, ut nunquam subsidium creature separetur a subsidio Creatoris, quasi aliquid esset quod a creature, & aliud quod a Creatore recipitur, nam unus est Deus a quo & ipsa creature recipit quidquid conforti subsidii, & sine quo nihil potest. Unus est proprius Deus qui rem omnem conficit, ille est qui mortificat & vivificat, qui percutit & qui sanat. Creature sunt velut instrumentum quibus ad nutum utitur, & sine quibus aequum posset solus quidquid cum illis facit.

Vel sic interpretare: Ego occidam, & ego vivere faciam: percussum & ego sanabo: Quasi diceret, tunc maximus auctor latus opem invocantibus me, quando dejecta erunt omnia, si tum

in me sperent: occidam idcirco & percutiam, ut de occiso & de percusso speretur, & tum eos vivere faciam & sanabo. Quia tum spes erit purior spes erit certior, & sic in me speraret nunquam expectatione sua defraudabu. Sic Psaltes Regiust: Cum occideres eos quarebant eum, & revertebantur, & diluculo veniebant ad eum. Et rememorati sunt quia Deus adjutor est eorum: & Deus excelsus, redemptor eorum est: Ac rursum: Et humiliatum est in laboribus eorum, confirmatis sunt, nec fuit qui adjuvaret: & clamaverunt ad Dominum: cum tribularentur, & de necessitatibus eorum liberavit eos.

Sic unusquisque ut speret in desperatis rebus, aperte Propheta: Qui ambulavit in tenebris, & non est lumen ei, sicut in nomine Domini, & innatur super Deum suum. Quod etiam illud Jobi transferrit potest: Lignum habet spem: si prorsus fuerit, rursum virga erit, & rami eius pullulantur. Id est, quo res magis accisa sunt & diminuta, eo spes humana minor est, sed divina major esse debet: quantum humana deficit, tantum divina sufficit. TUMULUS HUMANÆ CONFIDENTIÆ SUNT INCUNABULA DIVINÆ SPEI, Ibid. 13. Etias occiderit me, in ipso sanabo, tunc vel maximum spem puram & certam in eum figam. Haec est spes confessio, quam vocalit Apostolus, indeclinabilem, id est, firmam & constanter retinendam. Tibi hoc principium dictum puta, quia in hoc principio deficit. Et proprie illi similes de quo apud Iobum dicitur, Non creditis quod reveri possit de tenebris ad lucem, circumflexans undique gladium. Ibid. 13. Vide alibi passim ubi de confidentia

FERIA QVARTA.

DE MULIERE PECCATRICE QVÆ DILEXIT MULTUM.

Et de Charitate in Deum.

Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Luc. 7.

VERITAS PRACTICA

Quæ charitas dicitur universa delicta operite, ea prius dicenda est universum aperte.

RATIO EST. Quia Charitas non operis delicta nostra nisi quatenus ipsa delicta remittuntur. Sed non remittuntur nisi operiantur.

Ergo quia Charitas delicta operis, ea prius operit; & quoniam plenius aperiunt, tantum plenius operit.

I PUNCTUM.

CIRCA hoc tempus, & in Civitate quadam Galilææ, ubi ium morabatur Dominus, contigit quod de Muliere peccatrice conversa, quæ putatur esse Maria Magdalena, narrat sanctus Lucas, post Seimonem quandam à Christo habitum cum Discipulis sancti Joannis Baptiste, de quibus alias Regalat, inquit, Dominum quidam debarizauit manus.

6816.

staret cum illo, Et ingressus domum Pharizai, dis-
cubuit. Et ecce mulier qua erat in Civitate pecca-
trix ui cognovit quod accusuisset in domo Phari-
zai, atristis alabastrum unguenti, & stans retro
jesus pedis eius, lachrymis capiit rigare pedes eius,
& capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pe-
des eius, & unguento ungebatur.

Videri possunt apud Evangelistam reliqua, &
imprimis expendi quae Dominus ipse testatur de multa eius Charitate qua factum est, ut ei remis-
sia fuerint peccata multa. Hęc est enim Char-
itas de qua dicitur à Sapientie in Proverbiorum, quod

Prov. 10. *v. 12.* *Petr. 4.* *Bac. 5.*

virū verū delecta operit, sive ut referunt Iacobus Petrus & Jacobus, *Charitas operit multitudinem peccatorum.* Quae quidem de Charitate proximi deque eius deitatis ab ea sufficit. Edis intelligi posse: sed nos hic ad Charitatem Dei referimus, & ad propria nostra delicta qua per illam Charitatem qua Deum diligimus sic operiuntur, ut ea prius aperiantur; *Necque enim aliter Charitas operit quin ante aperiat;* & tanto illud plenius, quan. d. ifud planius.

Quod cùm sit ad primum uberrimum, tum pricipiū modo est expendendum, ut discamus quām clare, quām distincte, quam plinè cuncta sint in confessione detegenda, si volumus capi-
nē tegi & operiri. Et ratiō quas affertur, exem-
pli M̄gadala plurimum illustratur, sicut & hu-
ius exemplum ex allata ratione magis declaratur. Quid est enim quod in illa muliere & in no-
bis Charitas universa delicta operiatur, nisi quod ipsa delicta remittat, vel quod id est, nisi quod per illam Charitatem remittantur, sive, ut vo-
cant disponsi iuvē, sive formaliter, sive meritotie,
nihil ad rem nostram refert, cùm hoc seruum sit
& indubitatum, quoconque id fieri modo, sic
Charitate operiū & tegi peccata, ut vel easem-
per Charitas remittat operiendo; vel nisi remit-
tat, nunquam operiatur neque regat.

Quocunq; horum verborum adjungatur in Scriptura cūn' voce peccatum significante, non aliud efficiet sensum quam emissionem
peccati. *Benti quorum remissa sunt iniquitates;* &
quorum uicta sunt peccata; id est, remissa, sic enim de more Hebræorum pars una versus, ex-
planat aliam. Sic cūm idem dicit, *operiūisti omnia peccata eorum;* Idem prorsus est ac primū quod imminutè dixerat, *remisiisti iniquitatem plebis tua.* Sic ne operiā iniquitatem eorum, & pecca-
tum eorum coram facie tua non deleatur. Id est, non remittas taliter quoad ḡenam sed semper
eorum peccatum vindica.

Quid enim aliud esse posset, operiri & tegi peccatum coram Deo nisi esset remitti? An pos-
set esse peccatum in homine, & sic tegi ut non vide-
ret illud Deus? Quo tandem velo tegetur, quo tegumento possit operiri? Non certe Charitatis quae tam fidelis est Deo suo, ut ipsa etiam pecca-
tum videre non possit quin oderit, & odiendo-
tollet. *Qui diligit Dominum, odit malum;* Id *Ps. 96.*
est, ostendit vos verè illum diligere, odiendo
malum.

I L P U N C T U M.

Si ED non renuntiuntur peccata nisi aperan-
stur:

De venialibus quidem non est necesse omnia sic aperiri, ut non possint omitti aliqua, quia nec necesse est omnia si nul remitti ut ali-
quae remittantur, & sunt præterea plures alij mo-
di quibus aliter remitti possint quam confessio-
ne De mortalibus itaque sola est quæstio, quæ
tamen ita esse evidens, ut nulla de his superesse
possit dubitatio, quin omnes omnia teneantur
aperiri quantum quidem meminisse possunt, &
quoniam omnes in hac parte suæ saufiant con-
scientię. Verum ut alias est observatum, nimis
verum est & nimis viget illud Sapientis Prover-
biū, *Animæ dolosæ errant in peccatis.* Sunt qua-
dam scilicet sibi dolosa animæ, quæ dolo malo
sua sibi regunt peccata, ne cogantur ea conficeri
& deponei, aut si pro suis ea sibi non possint ita
tegere quia apparent, singuli sibi tamen non
esse adeo gravia ut sint mortalia, nam mortale
quidem sibi videntur detestari; nollent aliena-
tur pere, sed tam sibi servare aliqua, quæ sciunt
non esse sua non verentur. Nollent actum forni-
cationis aut adulterij committere, sed tamen
afflatus in corde prayos sovere & congressus li-
beriores habere non reforment; nec aperire
eā in confessione, aut tam leviter, quasi nihil es-
set, quia non putant esse mortalia; nollent enim
mortale ut sibi singunt, & cūm præterea nolant
ea deponere, nimio enim rerum aut personarum
afflatus detinentur, nō possunt de his conteneri vel
attingi; ac proinde nolant de his confiteri.

Et quidem recte hi nolant conficeri de qui-
bus nolunt conteneri, sed male quod nobis ea de-
ponere; sed male quod nolint de illis conteneri; sed
male quod non putent ea esse mortalia, quia non
sunt graviora in illo genere quæ committi
possunt. In hoc nempe sunt anime sibi dolosæ & quæ errant in peccatis; nam sic sibi pal-
pant & singunt, ut eō peccant liberius quo le fine
gūt peccate levius. Enī oris laetè frequentissimus &
perni-

Prov. 13.

V. 3.

perni-

perniciosissimus; affectata est ignorantia quæ non excusat; satis possent agnoscere gravitatem peccati si velint. & velle tenentur quia res est tati momentu ut inde salus eorum pendeat, inde nulla confessio, inde nulla remissio. Hanc culpam, inquit sanctus Ambrosius, sacerdotes non afferunt, neque peccatum eius qui in dolo se offert.

Ep. 4.

Job. 11.

Ib. 34.

Ps. 35.

Sap. 5.

2. Pet. 3.

Hæc erant videlicet operienda, sicut & alia quævis mortalia ut remitterentur; nec excusat quod ignores aut quod non putas ita esse, quia sicutib[us] dolo malo palpas, sic conscientiam obtundis, sic veram animæ scientiam vis ignorare, & ex his esse qui dixerunt D[omi]no, ut est in libro Job, Recede à nobis, scientiam tuarum nolumus; Quod & paulò post ibidem sic declaratur, De industria recesserunt à D[omi]no, & vias eius intelligere noluerunt. Quidquid dicat qui talis est, quidquid ad sui detractionem excusat, Verba oris eius iniquitas & dolus, noluit intelligere, ut bene ageret. Quod unum proferunt, est, quia non putant esse mortale; sed quod contraria respondet, est, nolunt putare, nolunt scire, & nolle scire perinde est ac nolle facere, licet scias; nam fraudulent[er] nolunt scire, ne scilicet tenetur facere quod nolunt, si scirent esse faciendum: quasi minus esset, nolle leire quid facias, quam nolle, quod scias, facere. Sic mulieri clamant in suis æternis poenitentiis: Iustitia lumen non luxit nobis: sed intelligentia non est ortus nobis: Nec tamen eorum clamor auditur ut exaudiatur, quia corum culpa est quod nos intellexerint quæ scire poterant & quæ debebant discere. Nonne hoc expavescendum?

III. P U N C T U M.

SIC ergo est de his delictis quæ non putantur aperienda quasi non sint lethifera, sic protinus est de his delictis velut de cæteris mortalibus, Quod qua Charitas dicitur univer'sa delicta operire, ea prius dicenda est univer'sim & particulatum operire, Cum alioquin non remittantur, sicut nec alia non aperiatur, neque excusat ignorantia quia est voluntaria, quia est dolosa & maligna, Latet enim eos hoc volentes, inquit sanctus Petrus. Et certè hoc est quo præcipue mulier illa peccatrix commendatur, hoc est quo præcipue pœnitentiam suam indicavit, hoc est quo præcipue veniam meruit, quando scilicet sic universum se peccatorum derexit & aperuit, ut non minus se faceretur peccasse in his quæ putantur levia quam quæ graviora censentur. Idecirco enim

in oculos & in capillos suos piè deservit, ut quod in illis peccaverat, quantumque minus esset & levius, non minus tamen confiteretur & plangere quam quod peccasse posset gravius.

Sic præclarè de illa sanctus Gregorius, Oculis Hom. 33. in terrena concupierat, sed h[ab]o iam per pœnitentiam Evang. conterens stebas. Capillus ad compositionem vultus exhibuerat, sed tam capillis la. hrymas tergabat. Ore superba dixi rat, sed pedes Domini osculans, hoc in Redemptoris sui rostris sivebat. Quoc ergo in se habuit oblectamenta, tot de se inventis holocausta. Convertit ad virtutum numerum, numerum criminum, ut totum serviret D[omi]no in pœnitentia, quidquid ex se Deum contempserat in culpa. Unde post multa concludit, Ad vos ergo fratres, ad vos oculos mentis reducite, & pœnitentem peccatricem mulierem in exemplum vobis imitationis amors奉れ。 Quocunque vos in adolescentia, quacunque in juventute deliquisse meministis, deflete, morum operumque maculas lachrymis tergite. Quasi dicere, cum junioris & liberiores in peccando essetis, non putabatis esse lethalia & confitenda quia jam in cultu Dei prævesti agnoscitis non fuisse prætermittenda: Quā obrem illa vobis in mentem & confessionem revocate, quartisque modo dignificabis & perspicitis, tantum easfeste, & sic omisssas culpas dilute.

Sic sanctus Ambrosius, ubi de Lazarо fratre Maior[is] Magdalena, IESVS compatitur Dilecta sua & dicit defuncto Lazarо, veni foras: hoc est quid jaces in tenebris conscientia, & delidorum tuorum sorribus, quodam reorum carcere? Exi foras, delictum tuum prode, ut justificeris: Ore confessio fit ad salutem. Observa vocari tenebras conscientia & quandam reorum carcere, Ut designet ibi esse aliud quod ignoretur, & quod tamen ignoratum non excusat, quia crimen est, hoc ignorare: & huius criminis rei detinentur in quodam veluti carcere conscientia, quia captivi de cruciati tenentur à sua cupiditate, quæ dum impedit ne se engnoscant & aperiant, valde angit, & damnoſus planè status de quo cogitare & apud alios dicere non semel aut aliquoties sed etenim necesse est. Vide quæ his affinia tractantur in 1. parte, tota Hebdomada 3. post Epiphaniam.

Plures aliae Veritates de charitate & contritione possent hic exponi, quas satis erit propone.

Aman-